



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VII. De consolatione & Læto exitu qui sequitur ærumnas piorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

ribus corporis contra Antagonistam ignotum, i^{aq}
hostili more inuadebatur, usum esse. Principia
fidei lucta fuit firmiter amplectēs promissionem
Semine, & de defensione, in Bethel factam, &
statuens Deum iuxta promissionem in tanto pericolo
ad futurum & seruaturum esse, Atq; hac fide misericordia
filium Dei, qui adsumpta specie hostili, familiariter
cum eo ludens, & fidem ipsius exercens & conser-
mans, post luctam ostendit uultum paternum et am-
plissima benedictione Iacobum cumulat.

Lutherus in II I. Tomo enarrat: pag. 171. prohymnium Theologicum ex historia luctae Iacob simili-
dum esse dicit, cuius haec sententia sit.

Cum pius retinens scintillam fidei in eas angustias peruenit, ut cogitet se a Deo desertum & do-
iectum esse, tunc certo statuat se esse in completa
brachiorum & gremio Dei. Sicut Iacob in lucta co-
gitat se perditum iri, sed cernit se hærere in ampli-
xu filij Dei. Et eodem loco inquit, Cum sepe pri
personatum apparere et paternum uultum tegat,
sed fidem detrahere Deo laruum, & faciem paternam
detectam agnoscere.

VII. DE CONSOLATIONE & laeto exitu, qui sequitur & rumnas piorum.

1. Corin.

1. Corinth, 10. Paulus inquit, Fidelis Deus, qui non
sunt nos tentari supra uires, sed dat cum temptatione
exitum, ut sufferre possumus. Ut igitur Iacob in dif-
ficillima lucta non solum laxamenti aliquid, sed eti-
am amplissimam benedictionem accipit, sic omnes
pij non solum robore à Deo confirmantur, quo per-
ferre impositas tentationes posseint, sed etiam exitus
faustos ac salutares consequuntur.

Sequitur post nubila Phœbus,
In exitu uidebitur cuius toni.

VIII.

DE PHRASI, VIDI DO-

minum facie ad faciem.

Phrasis, qua Iacob in hoc loco utitur, Vidi Do-
minus à facie ad faciem, & salua facta est anima
mea, simplicissimè enarretur de filio Dei, qui sem-
per adfuit Ecclesiæ suæ, & se in ea specie seu forma
naturæ humanae patrib. conspicient præbuit, quam
paulo post ex uirgine Maria adsumpturus erat. Ut
igitur Petrus, Iohannes, Iacobus & Cæteri Apostoli
Christum Dominum facie ad faciem longo tempore
uiderunt, Sic primi patres, & in hoc Capite Iacob
cernens filium Dei in similitudine seu Idea naturæ
humanae, quam postea sibi unione personali copula-
turus erat, exclamat se Dominum facie ad faciem
uidisse. Vnde & loco nomen indidit **בָנֵרֶאֵל** Id est,
facies Dei.

ISRAEL